

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Ephemeris Ecclesiastica Concionatorvm Hoc Est Considerationes Methodicæ Sev Veritates Practicæ**

Ex Vita Domini Jesu, Sanctorumque Gestis In Singulos anni dies mira  
facilitate & solertia distributæ ... ; Cum indicibus necessariis

Pars Hyemalis - A Dominica I. Adventus Domini nostri usque ad  
Dominicam Septuagesimæ

**Haineuve, Julien**

**Coloniæ Agrippinæ, 1665**

Venite filii, audite me, timorem Domini docebo vos. Psal. 33. Quem docet  
Virgo timorem Domini tantò melius concipitur, quantò melius edocetur  
Immaculata eius Conceptio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44194**

## AD HÆC PSALMI TRIGESIMI TERTII VERBA.

Venite filii, audite me, timorem Domini docebo vos,

## VERITAS PRACTICA.

## PVERIS MAXIME COMMENDANDA.

Quem docet Virgo timorem Domini, tantò melius concipitur, quanto melius edocetur immaculata Ejus Conceptio.

RATIO EST, Quia quem docet Virgo timorem Domini, tantò melius concipitur, quanto exemplum ejus quo illum timorem docet, est efficacius. Sed quanto melius edocetur immaculata ejus Conceptio, tanto est efficacius ejus exemplum, quo illum timorem docet. Ergo & quem docet Virgo timorem Domini, tanto melius concipitur, quanto melius edocetur immaculata ejus Conceptio. Ac proinde diligenter audienda est, ut de ceteris in praxi sanctum illum timorem Domini.

## I. PUNCTUM.

*Eccil. 7.  
ib. 27.  
ib. 2.  
ib. 25.*

NULLA est ætas, nulla conditio, nullusve hominum status in quo Timor Domini non sit valde commendandus atque etiam valde necessarius, nam quis sine timore est, non poterit iustificari. Et si non in timore Domini teneris te instanter, cito subverteret dominus tua. Tamen hic affectus pueros, & eos qui incipiunt vacare suæ salutis vel maxime decet & juvat, unde dicitur, *Institutum sapientie, Timor Domini, & ipsa Sapientia præseruit monit: Fili, accedens ad seruitutem Dei, stat in iustitia & timore.* Quamobrem hunc omnes Christiani dicantur, & hinc filij Beataissimæ Virginis Mariæ, postinque reverabis compellari vocibus: *Venite filii, audite me, tamen hi filii propriè sunt Pueri, vel Juniores in cultu Domini, quos optima Parens diligenter instruit, & quod primum docet est timor Domini.* *Venite, timor Domini, docebo vos* hic est Scholarum & sodalitatum finis præcipuus ut discatur ille S. Timor, qui tanto supra scientiam & quilibet artes excellit, quanto ipsa scientiam & humana quævis sapientiam, praestant cæteris caducis bonis. Jam enim audiisti Sapientem ita nobis denuntiantem: *Quam magnus qui in venit sapientiam & scientiam, sed non est super iumentem Dominum.* Timor Dei super omnia se fuisse.

perposuit. Beatus homo cui donatum est habere timorem Dei: qui tenet illum, cui assimilabitur?

Cum autem multa sint unde hic sanctus timor hauriri possit, cum ex B. Virgine, quæ est Mater pulchra dilectionis & timori, & agnitionis, & sancta spes. Mirum certe quod illa simul esse possit Mater spes, & timoris. aut si forte diversæ haec affectiones diversis repræsententur mysteriis, quomodo in Conceptione timor exhiberi potest, ubi potius apparet esse spes & gaudium totius humani generis? Hoc est modò exponendum, & audienda imprimis proposita Veritas, quæ sic conjungit affectum timoris cum mysterio Conceptionis, ut non possit melius concipi sanctus ille timor, quam intelligendo quam sit illa pura & immaculata Virginis Conceptio: nec utilius explicari possit hæc singularis puritas, quam ut discatur ille timor, quem Virgo docet suæ vitæ puritate. Cum sint postmodum variae diversæque timoris species, delibari possent ex singulis aliqua, unde ad illum tandem deveniat qui ad praxim est maximè opportunus, ad versiculi sensum præsertim accommodatus, atque ad fructum imprimis uberrimus, quo videlicet sic timeret & colitur Dominus, ut ab omni specie mala caveamus, si que illa scientia religiositas que custodiet & iustificabit cor, jucunditatem ac gaudium dabit, ut ait Sapiens, id est, religiosa Scientia, & secura mens quæ est quasi iuge convivium. Hic est sanctorum timor, scutum qui facit sanctos, nam cum sanctitas sit vita puritas, neque alio suaviori simet ac efficiet modo promoveatur illa puritas, quam sancto & casto timore Domini, verè hic est sanctorum timor de quo dicitur, *Timete Dominum omnes sancti ejus;* Et misericordia ejus à progenie in progenies ostendebus sum.

Vox quidem universalis est, Timor seu timeret, suo complexu continens quidquid ad cultum & servitatem Dei spectat, sed hujus cultus & servitatis pars prima cum sit cavere pro�sus omni peccato, atque ejus annis, occasiones & ipsam umbram fugere: *Nam qui amat periculum, in illo peribit.* merito pro hac cautela & fuga, Timor singulariter usurpatur, diemque una haec vox præcipui Cultores Dei, *Viri timorati, seu timentes Deum & pavidi.* BEATVS homo qui semper est pavidus, qui vero menis est astra, corruct in malum.

*Pf. 33.*

*Ecclesi. 3.*

*Prov. 28.*

*At-*



*Serm. q. de  
Quade.*  
*Lib. 2. in  
Litcam.*

Atque hæc in religionis parte tam insignis & eximia fuit, Beata sima Virgo Deipara, ut cum triennis adhuc esset, secesserit in templum Domini, longè à lœcularibus disiuncta negotiis & commerciis, ubi necesse est, inquit S. Leo, de mandando pulvere, etiam religio a corda sordescere; vel cum inde deducta est ut sponso traderetur: *Sola in penetralibus*, ait S. Ambrosius, quam nemo virorum videbit, solus Angelus reperitur, sola sine comite, sola sine teste, ne quo degenerare depravaretur affatus ab Angelo salutatur. Eam ob causam si fortas ex Charitate prodeundum fuit, si visitanda cognata Elizabet, non nisi cum festinatione perget, unde idem S. Doctor: *Dicite Virgines non circumscire per alienas ades, non demorari in plateis, non aliquos in publico misere sermones. Maria in domo sera, festina in publico, manus apud cognatam suam tribus mensibus.*

Sed cur non pluribus mansit? cur non eo possimum tempore quo erat paritura factum Elizabeth? quo plus illi auxiliū declatura Virgo videbatur? Quia nempe ad insperatum steriles partum futurus erat nimius vicinorum concursus, nimis effusæ turbæ, nimis apertus loquendi aditus, unde tum factus timor recessum consuluit, & maluit Virgo sanctissima, dum hæc humana fugeret consortia, servandi exemplum timoris Domini nobis dare, quam si remanere diutius, audaciores redderet posteros qui audirent illam in mediis constituisse turbis. Vide quæ de hoc exemplo fusi in Adventu, quarta hebdomada retrahuntur: Ubinon leviter expendendum quod refertur illam revelasse S. Brigittæ, quam tota esset in hoc sancto timore Domini, unde id profectò patebit, quod in prima propositione præmittitur, tanto melius concipi timorem illum, quem suos exemplo docet, quanto ejus exemplum est efficacius & luculentius. Idecirco enimne ignoratur, palam facere voluit & verbis tam expressis quam sunt ista quæ retulit: *Timente vehementer si sim eis loquaretur, ne ascribatur, ne orule videantur dilectabilis, timida quoquis fui in silentio, & multum anxia.* Neque id semel tantum, aut in aliquo foris periéulosiori loco, sed ubique & semper, cum ipsa ultò præveniret loca & tempora, ubi metus non pataretur illum consistere. Nonne hoc est time? nonne hoc est timoris exemplum dare? nonne hoc est exemplo suo nos docere?

## II. PUNCTUM.

*ED* quanto melius edocetur immaculata Conceptione, tanto est efficacius ejus exemplum, quo illum timorem docet.

Nam tanto est efficacius ejus exemplum, quanto liquebit apertius, non sic illi timendum fuisse sicut nobis: Quod enim alii timeant homines in peccandi periculis, certè est quod timeant quia sunt homines vasa portantes lutea, quæ tam facile est solvi & perire, quam proclive est concupiscentiae, vel bonis lenocinantibus demulceri; vel malis terribibus cedere, & in peccatum trahi; Beatissima vero Virgo non sic erat lutea & fragilis, ut timeret solvi & peccare; unde quod timeret, mitum est magis, & magis effectus ad timorem docendum.

Nunc autem, unde nam habes, unde am habris, unde nam liquet, quod illa non esset peccatis obnoxia, sicut ceteri homines? Nonne ex ejus præsertim immaculata Conceptione? Nonne quo melius intelligitur & creditur hæc ejus singularis prærogativa, liquidius enim patet, quam longè fuerit ab illa causa & radice malorum omnium quæ est humana cupiditas, & inde actus ac habitus efformari? Qui enim dicit immaculatam Conceptionem, dicit nullum peccatum originis, nullum peccati formitem, nullam prorsus malam concupiscentiam, nullam cadendi proclivitatem nullam peccandi aptitudinem, ac proinde nullam prorsus timendi causam. Quæ tametsi ex aliis ejus donis & gratiis quibus præventa fuit, possint quoquo modo intelligi, non ita tamen aperte & dilucidè, sicut ex immaculato quem dicimus ejus ortu: nam ipsa tunc mali radix est præcisa, imo ne radix quidem ulla permissa est, sed quo inflammi est orta beata illius anima, hoc ipso infusa est gratia quæ dicitur Sanctificans, & lethali peccato qualis est originalis macula, plane repugnans, ut supra dictum est: *Sanctificavit tabernaculum suum Altissimus, Deus in medio eius non commovebitur, adjuvabit eam Deus manu dilectu.*

Unde quanto melius hæc ejus immaculata Conceptione docetur & creditur, tanto magis apparer nullam fuisse causam cur timeret in peccati periculis, ubi tamen cum valde timeret: certè hinc simul appetit ejus exemplum, quo nos timore suo timere docet, esse expressius & efficacius ad eum finem, quem intendit. Columnæ eæ contremiscunt & pavent ad nutum ejus; Quid nō homunculi? Quid facient tabula fætemunt columnæ? aut quomodo virgulta immobilia stabunt, si hujus pavoris turbine etiam cedræ quattuor. Sic apud sanctus

Gregorius.

Hab. 3

Pf. 45.

lob. 26.

16. Mor. 2.

## III. P U N C T U M.

**Q**uem docet igitur Virgo timorem Domini, tamen melius concipiatur, quanto melius edocetur immaculata eius Conceptio, quia tanto melius timor concipiatur, quanto exemplum Beatæ Virginis, quo nos illum timorem docet, est efficacius. est autem tanto efficacius, quanto appetet manifestius illi non ita fuisse timendum a peccato: nullibi vero id apparet evidenter quam in eius immaculata Conceptione, ex qua fortis facta est illa Mulier, qui non timeret dominum suum à frigoribus nivis: omnes enim domestici sensus eius, sive interni sive externi, vestiti sunt duplicibus, id est, dupli gratia, qua evitaret omne malum, & faceret omne bonum.

Quare ergo sic timuit, sicut timebat? Nempe id videbat ita ordinatum esse ab illo, cui debebat acceptam gratiam immaculatae sue Conceptio: se videbat ita exemptam miseriis quibus subiacemus, ut malum quidem culpa devitaret, non poenæ: videbat quidem se Dei gratia nunquam peccatum, licet in mediis peccandi periculis & occasionibus velaretur, sed simul etiam videbat hanc esse Dei voluntatem, ut vel illa fugeret pericula, vel si non posset fugere, sic in illis timeret, sicut si revera peccata posset.

Sic Christus ipse Dominus qui, ut Apostoli verbis utar, sanctus erat, innocens, impollutus, segregatus à peccatoribus & excelsior cœlis factus, sicutque nullo prorsus modo peccatum posset incurrire; vitabat tamen illa quæ sunt nobis peccandi pericula, quales sunt mundani honores, humanæ laudes, sæcularis pompa, & similia peccatorum fomenta: nec Petro sibi blandius colloquenti dubitabat respondere; *Vade post me Satana scandalum es mihi;* quasi timeret à Tentatore, quasi timeret de aliquo culpæ causa. Non quod revera judicaret inde sibi timendum esse, sed quod ita veller gerere, ut suo nos efformaret exemplo; sicut cum circumcidisti, cum baptizari, cum tentari voluit, & turbari, cum in horto morere, tristari, pavere, & similes humanæ affectus induit, tunc nostro pavore trepidabat, inquit S. Leo; vel ut ait S. Augustinus, nos in se transfluit, nos in se suscepit. Id est, id in se efficit, quod in nobis futurum, aut à nobis faciendum demonstrabat.

Sic cum Apostolus diceret se carnalem esse, se venundatum sub peccato se non intelligere quod operaretur, non id in propria persona dicere, sed in alio loco significat evidenter cum ait post multa

de se abjecte dicta, haec autem fratres, transfigurati in me & Apollo, propter vos, ut in nobis discatur, ne supra quam scriptum est, unus adversus alterum infester pro alio. Quia enim te disnervis: quid autem habes quod non acceperisti, quid gloriaris? quasi diceret, si nos qui longè plures, & sublimiores gratias accepimus, ita paucum gloriamur, ut etiam abjectissime de nobis sentiamus, quanto magis vos inanem illam qua movemini, caverem debetis gloriam? quanto magis demissæ de vobis loquendum est & sentiendum?

Sic planè Virgo sanctissima, sic unum quemque nostrum quem videret liberius circumspicitantem, colloquentem, & agitantem quæ in peccatum possent impellere, commoneret & diceret: Ego illud non esse ausa respicere: Ego mihi timuissim ab illo loco, & viro. Non putasse mibi licere tam familiariter cum his & ipsis converlati.

Tu qui projectus es ad omnem audiciam, tu qui nihil horum times, quasi sat tutus & munitus sis contra quoslibet casus, quid illi respondeas! an te secutiorem putas Beata Virginem? an illic timendum erat, Deo sic voleat: tibi vero nil esse quod timeas, licet hunc ipsum Deus, quem volebat à Virgine, velit à te timorem?

An rectè illa & sapienter, timebat? responde. Cur porrò ita rectè & sapienter, nisi quia sic ordinat Deus, ut timeret & fugeret qua suis peccatorum illecebras; licet nulla timoris aut fugæ subfesset ratio? Tu vero qui in peccatis natus es totus, tu cuius concupiscentia velut ignis exardescit, tu qui bibis subfannationem quasi aquam, tu te in ipsis peccandi proicias vias, nec timebis à scando? hoc est, adversus Deum manum Job. 15. suam tendere, & contra omnipotentem roborari. Hoc est currere adversus eum erecto collo, & pingui cervice armari: ut est in libro Job.

Quæfronc audebis Virginem invocare, tibi ut adsit in periculis, qui sponte queris pericula? O quam ille sapientius qui dicebat: *pepigi sedus cum oculis meis, ut ne cogitarem quidem de Virgine.* Quam enim partem haberet in me Deus deus super? Id est, quomodo alioquin simul cum Deo conveniret in salute mea? sicut enim nihil pessimum nisi me adjuvaret; ita nec proderit eius auxilium nisi de meo id conferam, quod vult à me conferri. Nunc ergo filii audite me, Beati qui custodiunt vias meas. Auditæ disciplinam, & ecclæ sapientes, & nolite abdicere eam. VENITE filii, auditæ me, timorem Domini docebo vos. S.A. PLENS. times & declinas à malo: stultus transfilis

*Hebr. 7.*

*Matth. 16.*

*Serm. 3.  
de Pass.  
Trad. 52.  
in Ioan.*

*Rom. 7.  
1. Cor. 4.*

& confidit. Hic est timor quem docet, hic est timor quem qui discunt, se veros eius filios probant: qui vero nolunt discere, fesse ab illa subtrahunt, & subtraxionis dicuntur filii in perditionem.

## AD HÆC VERBA, PROVERBIORVM OCTAVO.

Non dum erant abyssi, &amp; ego iam concepta eram.

## VERITAS PRACTICA.

Periculum in mora.

**SENSVS** & RATIO est, quod dum quis moratur & differt B. Virginem colere, formantur in eius animo quadam abyssi vitorum.

Sed dum beformantur abyssi in eius animo, periculum est ne unquam fructus B. Virginem colat.

Ergo periculum in mora, quia videlicet moratur colere B. Virginem: Ac proinde maturandus in pueri eius cultus: ut de illa possit diceret

**NONDUM ERANT ABYSSI, ET EGO IAM CONCEPTA ERAVAM,**

## I. PUNCTUM.

**S**ICUT triplex Conceptio Beatæ Virginis observari potest, ita & triplex genus abyssorum, ante quod sic concepta, secundum triplicem Scripturæ sensum, literalem, allegoricum, & moralem.

Prima Conceptio est in mente Dei, qui ab æterno illam ordinavit, ut esset Mater filij, & iis exornavit animi corporisque dotibus, quales exigeret tanta Maternitas, seu tanta Matri Dignitas & Eminentia. Tum vero nondum erant abyssi, & jam concepta erat, hoc est literalis sensus, nondum erat illa pars maris quæ abyssus dicitur, id est, aquarum tanta congeries, ut quanta illa sit, indagari non possit. Cum autem ab æterno esset illa prima Conceptio, non est mirum si abyssos præcesserit, quæ suo tantum tempore formatæ sunt cum reliquis mundi partibus. Abyssorum tamen meminit præ multis aliis, quod velut abyssus quadam Gratiarum & meritorum fuerit illa Virginalis Maternitas, ad quam primo concepta seu prævisa & ordinata dicitur.

Secunda Conceptio, quæ singulariter hac solenni die memoratur, est primus eius ortus in utero sanctæ Annæ conjugis Beati Joachimi, de quibus separatis sunt instrutæ considerationes & Veritates Præcticae. Tunc nonanum erant abyssi

& jam concepta erat: Id est allegoriae, peccatum originale, & consequentes inordinati motus, ac penæ spirituales, quæ velut abyssi quædam inundant super universam humanam naturam: & à primo Conceptionis seu Creationis anima momento, quo peccari hujus macula contrahitur, per errores doloresque diversos, ut ait S. Augustinus, trahimur ad extreum usque supplicium. At nondum istæ erant abyssi, quando concepta est Immaculata Virgo, quia concepta est in Sanctificante Gratiæ, sicut supra declaratur: Nec postquam Concepta est, irruerunt illæ abyssi, quia omni protus peccato & peccati formite libera extitit: unde sicut ait sanctus Hieronymus in hæc Evangelij Verba de Maria & Josepho, antiquam convenienter: Non sequitur quod postea convenerint; sic cum dicitur, nondum erant abyssi & jam concepta erat; non sequitur quod abyssi postea fuerint.

Tertia denique Conceptio est, cum in mentibus nostris sic formatur Beato Virgo, ut illi nos secundum Deum, totus dedamus & consecremus, velut Parenti optimæ, velut Dominae cœlendissimæ, velut Duei salutis certissimæ, velut stellæ maris, aut syderi navigationis nostre tuus: sic in nobis dicitur inhabitare juxta illud, qui creavit me, requieuit in tabernaculo meo, **Ecclesi. 2.4.**  
 & dixisti mihi in Iacobinhabitata. Quo in genere Conceptiois tunc beata Virgo moraliter dicitur: **nondum erant abyssi, & ego jam concepta eram,** quando videlicet a pueris vel puris quorumlibet mentibus sic concipetur, ut nondum innatae cupiditates in pravos creverint habitus, nondum naturales affectus transierint in desideria illa nociva, quæ velut abyssi magnæ mergunt homines in interitum & perditionem. Hoc est quod gratulabunda prædicat in octavo illo proverbiorum capite, unde Thematis Verba defunpiuntur. Caput illud est velut nobile Canticum, quo insigniter magnificat Gratias divinitus sibi collatas, quas inter illa est singulariter & eximia, quod sibi deditos ad æternam salutem provehat. Èò enim reliqua referuntur partes: unde concludit, qui me invenerit, invaniet vitam, & habuerit salutem à Domino. Quia vero multi